

c. 11^{vy}). De impari auctoritate eorum, que excerpta sunt

Ex predictis itaque patet, non omnia, que in hoc opere continentur, paris auctoritatis esse: sed quedam in eis supremum auctoritatis locum tenere, quedam vero medium, et quedam infimum, quedam autem nullum.

Et in hiis omnibus excipio Sacram Paginam, olim a sanctis Prophetis et Apostolis Divino Spiritu indubitanter afflatis editam et^{zz}) conscriptam^a), de qua in hoc opere nichil penitus volvi propter ipsius usum communem, sed nec ausus fui propter ipsorum^b) Sacrorum Librorum reverentiam excerpere, nisi forte^c) breviter percurrendo fundamentum^d) historie^d). Sicut enim Scriptura Sacra precedit alias tempore, sic etiam dignitate.

Denique in eius comparatione sacrorum quoque doctorum sequentium opuscula nullius auctoritatis esse testatur Augustinus, in XI. contra Faustum disputatione sic loquens: Sunt, inquit, *libri*^{eo}), *qui non precipiendi*^e) *auctoritate, sed proficientis*^f) *exercitatione conscribuntur a nobis. Inter hos*^g) *enim*^g) *sumus, quibus dicit Apostolus: Et*^h) *si quid aliud sapitis, id quoque vobis revelavit*^h) *Deus. Quod genus litterarum non cum credendi necessitate, sed*ⁱ) *cum iudicandi libertate legendum est. Cui tamen, ne intercluderetur locus et adimeretur posteris, ad questiones difficillimas tractandas atque versandas lingue et stili saluberrimus labor, distincta est a posteriorum libris excellentia canonice auctoritatis Veteris Testamenti et*^k) *Novi, que Apostolorum firmata temporibus per successiones episcoporum et propagationes ecclesiarum tamquam in sede quadam sublimiter constituta est, cui serviat*^l) *omnis fidelis et pius intellectus. Ibi si quid velut absurdum moverit, dicere non licet auctor huius libri veritatem non tenuit: sed aut codex mendosus est, aut interpret erravit, aut tu non intelligis. In opusculis autem posteriorum licet eadem inveniatur veritas, longe tamen*^m) *est impar auctoritatis. Unde nisi vel certa ratione vel ex illa canonica auctoritate, quod*ⁿ) *ibi disputatum vel narratum est, demonstretur*ⁿ) *, si quis credere noluerit*^o), *non reprehenditur. In ista*^p) *vero canonica eminentia Sacrarum*

vy) 12 D; 9 R zz) vel D a) scriptam N₃ b) fehlt D₂
 c) fortiter N₂ d-d) fehlt N₃ e) percipiendi N₂ f) proficienti N₁; proficienti N₂ N₃ g-g) enim hos H₂ h) relaxatur H₁; relaxavit H₃ H₄ H₅ i) set set H₃ k) fehlt H₂ l) servias H₃
 m) folgt longe D₁ n-n) demonstretur, quod ibi disputatum vel narratum D₁; demonstretur, quod ibi disp. est vel narratum D₂ D₃ R o) voluerit H₅ N₂ D₂ D₃ p) secunda D₂ D₃; illa R

^{eo}) L. 11 c. 5, ed. Jos. Zycha, CSEL 25,1 (1891) S. 320f.

^h) Phil. 3, 15.